

Rome, 1601.

/ Qui te noverunt, Illustrissime Cardinalis, (quis autem doctorum
 hominum te non novit?) quod meum hoc volumen Selectarum Disputatio-
 num in Sacram Scripturam, tibi potissimum dicaverim, valde, ut spe-
 ro, consilium et animum meum approbabunt. Talia nimis sunt lite-
 5 raria haec munera, praesertim vero ex abditis graviorum sanctio-
 rumque disciplinarum thesauris deprompta, ut ea maximè viris pietate
 ac sapientia praecellentibus offerri deceat; sin autem quibuslibet
 promiscue deferantur, et gratiam perdant, atque eius qui dedit,
 aut recordiam, aut vanitatem infamenti. Ego de tuis egregiis virtu-
 10 tibus multa et praeclara, quae dici verè possent, hic sciens et
 volens tacebo: non enim brevis epistola capit dignum rerum tuarum
 encomium; similiusque gratificari tibi cupio, qui humanarum laudum,
 si quis aliis, nequaquam cupidus, lucem ipsam virtutis et sapien-
 tiae amas et sequeris: umbram eius, laudem et famam et gloriam mi-
 15 nimè curans. Unum modò dicam, cuius ipse multis annis spectator
 fui: Vitam egisti in Societate nostra per annos quadraginta, planè
 inculpabilem; quin etiam multarum insignium virtutum, praecepue au-
 tem pietatis et continentiae documentis exemplisque laudabilem. As-
 sumptus posteà es (nulla sanè ambitiosa tua cupiditate.) ad Cardi-
 20 nalatum, in quo ita vivis, ut eum te non cupivisse, facile nobis
 persuadeas. Excellentem porrò doctrinam tuam, et noverunt omnes,
 tuaque doctrina scripta testantur: quorum lectio, incertum, utilior
 sit, an iucundior. In his laudant alii, meritòque laudant, singula-
 rem quandam perspicuitatem orationis et aptissimum ordinem disposi-
 25 tionis, multitudinem item roburque argumentorum, miramque tam sa-
 crae quam profanae eruditionis varietatem et copiam. Ego super om-
 nia laudo exactam omnium Catholicorum dogmatum tractationem et un-
 iversae doctrinae dogmaticae, factum à te tanquam unum quoddam cor-
 pus, suis ex omnibus quasi membris pulchrè coagmentatum, omnibus-

142 (suite)

142 (suite)

/ que numeris absolutum. Accipe igitur meum hoc minusculum, tuis non alienum studiis, nec tuae indecens sapientiae: quod equidem spero futurum tibi, vel eo nomine, periucundum, quod divino sacrarum studio usque comparatum, et ex variis atque eruditis amoenisque
divinarum rerum commentationibus et dissertationibus concinnatum est.

Benedicti Pererii Valentini è Societate Iesu, Primus tomus Selec-
tarum Disputationum in sacram Scripturam..... Ingolstadii, ex typog-
raphia Adami Sartorii, Anno M.DCI.